ꝓpagantium non est causa totalis vt peccatū originale sit in carne vel anima propagate prolis Nec seq̄tur hoc est ꝓpagatum ꝑm legem cōcupiscentie. ergo in peccato originali. Unde non sequitur formaliter: tres pueri sunt in camino ignis. ergo patiuntur ab igne. ergo nec seq̄tur formaliter A ꝓpagatur in igne concupiscētie ergo patitur originale. licet sequatur de lege communi Maria autem fuit concepta de lege priuata spiritussancti que prima cōcepta fuit hodie sancta in suis originalibus principijs ꝑm Anselmuz hodie cōcepta est stella celi. hodie concepta est palma virginū hodie concepta est ianua celorum Igitur triplex conceptio marie videtur hodie celebranda. Nam hodie fuit cōcepta vt in suo originali principio. Nec sequitur ibi affuit libido propagantium. ergo peccatum in prole ꝓpagatur vt supra. Secundo fuit cōcepta in carne mundissima. Tertio in creatione et infusione anime Et de istis hodie celebratur festuz Nec sequitur Non fuit hodie illa. vel illa conceptio. ergo non debet hodie celebrari. nam ecclesia de consuetudine habz anticipare vel postponere festa ex certis causis et rationabilibus. alias nō posset rationabiliter celebrari in die lune cuz cadit in dominica quod est falsum. Item alias nunq̄ celebrāda essz octaua in qua cantatur hodie sicut in die. Itē tūc nō esset hodie celebrandum festum conceptōnis pro sanctificatione. qr quo tempore fuit sanctificata igno ratur vt dicit sanctus thomas tertia parte summe. Et sic inquit theologia. patet ꝙ rationes vestre non sūt insolubiles? Tunc rex de solio suo protulit litis sentētiā in hec verba Anselmi in epistola. conceptionis virginis Erubescant omnes insensati. qui tantum diem. tāta mysteria ac sacramenta. tenebris ignorantie excecati iō respuunt celebrare ꝙ viri et mulieri copulatio. in virginis conceptione consistit. Nō eni est verus amator v̄ginis. qui respuit colere diē sue conceptionis. Hec Anſ. Cuius v̄ginis veros amatores nos facē dignet̄ dn̄s nr̄ Jesus dei patris. et ip̄ius virginis Marie vnicus filius. qui cum eodem deo patre. et spiritusācto viuit ⁊ regnat in secula seculoꝝ Amen.

Sermo de sancto Bernardo editus a magistro Johanne de gersonno cancell. parisien̄.

Fulcite me floribus stipate me malis quia amore langueo Scriptū est in epitaphio sponsi ⁊ sponse quod ad exercitiū diuini amoris compositum est et ab illo cuius nunc sermonem habituri sumus diuinis verbis expositum qd̄ et nunc legit ecclesia in laudem singularis sponse christi virginis gloriose Cant. ij. c. Si nō capit amoris verba frigidū pect' vt scriptura loquitur amorose Bernarde Si te eodez teste langagiū amoris nō amans nō intelligit plus q̄z latinus barbaruz. quo pacto spes erit

de algido. imo gelato pectore meo
q̄ amoris vnq̄ flāmantia v̄ba de/
promat. q̄ eloquiū eius sit ignituz
vehementer q̄ verbuz instar Helie
vt facula ardeat? Necessari⁹ est igit̄
ignis ille amoris quez dn̄s misit in
terram volens vehementer accendi
Necessarius dixerim tuz vobis ad
capiendū verba amoris. tum preci/
pue mihi ad illa capienduz simul ⁊
loquendū. Te vero beatissimū Ber
nardum eē vnū ex consortio ignito
rū illoꝝ spirituum q̄s seraphin scri
ptura nominat ego pia fide tenēs.
obsecro iam et obsecro per amorē
tuū quatin⁹ sumpto calculo arden
ti de altari illius cui⁹ ignis est in sy
on. et caminus in hierusalem qui est
nō cupido falsus sed verus dilecti/
onis deus et ignis cōsumens est tu
labia mea tangens purges. Tu in/
super pectora nostra omnia succen
das ad amorem illū q̄ te olim lan/
guisse ⁊ arsisse feliciter te ducente in
fra docebimus Exorabimus simul
amatricē illam tuā et amatā deam
que quidem decantat Ego mater
pulcre dilectionis Cui supplices pre
sentam⁹ illd̄ angelicuz Aue gratia
ple. ꝛc. Fulcite me floribus. stipate
me malis q̄a amore langueo Vox
ista viri patres ⁊ fratres vox amā
tis est. Amantis nō q̄liscunq̄ amā/
tis sed eius quem vulgus loquitur
qui amat per amorem qui philoca
ptus est. Cum vero inter anime pas
siones nl̄la vehemētior sit q̄z amor
vt ab experientia sumpsit Cicero.
n illa insuper violentior. nulla rapa
tior et que minus sinat animaz esse
sui iuris Naz est extasim faciens vt
ait Dionys. iiij. de di. no. sicut amo
rem peruersum et improbū nullum
crimen excedit in vitio. sic amori ca
sto et bono nl̄la virtus equatur in
precio. Alioquin quomō statuisset
egregius doctor Augl. ex aduerso
duos amores bonū et malū esse q̄i
totidem precipuos cōditores et re
ctores duarum ciuitatū. vnius diui
ne. alterius diabolice. nisi q̄ amor
bonus inter virtutes ⁊ malus inter
vicia p̄ncipant? Proinde vterq̄ a/
mor sua actione feruida languere
hic quos possidet cogit q̄muis alit̄
et aliter sicut amor hereos manife/
stat in malo. ⁊ vox nostri thematis
in bono. Cum anima sancta sponsa
dei loquit̄ Fulcite me florib⁹ stipa/
te me malis q̄a amore langueo. Et
quidem de amore ꝑuerso erit scd̄a
pars nostri sermonis huius. si hora
et vestra expectatio tulerint et hoc
sub voce querula et lugubri christi/
anitatis languorē suū in membris
pessimū ex hoc amore deplorantis
Primam vero partez sibi vendica
bit vox amorosissimi et. deo amātis
simi Bernardi tum ad sui laudem.
tum ad nostri edificationez. Intro
ducet̄ itaq̄ persona eius iaz beata
atq̄ secura. tanq̄ ipsum de amore
suo in hoc mundo loquentem audi
amus. Ita enim texere meditat⁹ sū
doctrinam de amore quatin⁹ iocun
dior esset ad audienduz. facilior ad
credendū. maiestate sua dignior. et
inuidie habens minus ad imitādū
Quis em̄ sibi cōgruentius amoris
magisteriū vsurpauerit. cuius et fa

cta omnia et scripta scintille sūt que/
dam ignee amoris? Auertite igitur
paulisper mentem a me et ipm Ber
nardum non me loqui putate. Ful/
cite me floribus castor desiderior
o beati amorosi omnes spirit? Sti/
pate me malis odoriferis pulcrarū
ordinatarū q̄ operationū quia amo
re langueo. Ecce anima mea dum
aduena ego sum in terra peregrina/
tionis mee circūibat et querebat q̄
amaēt. Neq̄ em̄ absq̄ amore diu vi
uere oio poterat. Cuius stimulis ne
scio q̄bus iam ab ineunte etate con
figebatur. Cuius igne carpebatur.
vt in has gemebūda suspiraret vo
ces. Fulcite me ꝛc Obtuli anime mee
coram in ꝓspectu per portas sensu
um. Celū et terram et mare et omnia
que in eis sūt pulcra et speciosa val
de Pulcritudo in formis corporeis
et ordine ꝓgruo partiū cum quadā
colorīs et lucis suauitate. pulcritu/
do in numeris sonoris et canoris.
Pulcritudo in tangibilibus. pulcri/
tudo in gustabilibus. pulcritudo in
odoriferis que omnia conuenienti
ꝓportione sua intra mentē allicīūt.
Et diri aie mee. ecce hec sunt amor
tuus. Fulcite his floribus. stipate
his malis. Et ne vltra planxeris q̄
amore langueo. Quid refugis? q̄d
faciem obducis? Refugiebat em̄. be/
ne sensi. aspernabat q̄q̄ monitus me/
os cum his omnibus que induxe/
ram intus ad eam p corporis mei
sensus. Ipa nimirum doctricem al/
terius amoris susceperat adhuc fe
re a cunabulis ab ancilla tua deus
noster matre mea. in gremio ecclesie
sancte tue et a spū sancto tuo. Qua
lis hec doctrix erat? Erat fides ca
tholica que mox vt excreui. mox vt
gressum figere potui duxit animam
meam ad fontem purissimū et sere/
num sancte tue ecclesie. in qua proti
nus vt vidit anima mea se et faciē
suā velut in speculo quodā mundis
simo ipa repente sagittata est iacu
lis suauiter ardentibus diuine pul
critudinis dignitatis honestatis. atq̄
dilectiōis instar narcisci de quo po
ete fabulant. Ex illo delere statuit
anima mea a corde suo omnes pul
critudinē rerū gestarū. Omnē cepit
amorem alterū a tuo dedignari Ce
pit tedere quotidianarū harum for
marum. hanc em̄ tantā de ꝓpria di
gnitate decore et nobilitate presū/
pserat fiduciā. Tam supba de amo
re vt vulgi vox est facta erat. ita vt
nullū nisi omnipotentissimū sapiētis
simū ditissimū et pulcerrimū super
omnia amare dignarēt. magna sed
bona supbia. Quid mihi et tibi ait
o homo. quid mihi et tibi ad pulcri
tudines istas rerū matēialiū? Quid
ad amorem earū quas eque nobis/
cū in facultate sua bruta hnt? Esto.
pulcra sint omnia. Esto speciosa et
amena et digna diligi. Quantū su/
pereminet pulcritudo et decor illi?
qui fecit omnia? Si in vestigio. Si
in vmbra. Si in nutu quodā et odo
re hec violētia inest vt se amari tan
ta importunitate tanta q̄q̄ rapacita
te compellant vbi tamē aculei gra/
ues sē vbi plus aloes q̄q̄ mellis hnt
Noli mirari si res ipsa a qua proflu
unt hec omnia sua vi me trahit q̄ di/

gnitate me allicit. In cuius amore tanta delectatio ē. et cuius ꝯuictus non habet amaritudinem sed letitiam et gaudium. Iste iste ē deus meus cuius vulnerata charitate ego sum. sibi me elegit me totam habebat. sibi me dedi. Verū q̄ diu? heu tandez aberit. Et quovsq̄z. vsque q̄ vociferabor vim patiens et non exaudiet? Quero eum misera nec inuenio. vulnerauit me et abijt. Adiuro vos filie hierusalem vt si inueneritis. dilectū meū annuncietis ei q̄r amore langueo. Et ita vere elanguit anima dum hoc modo assidue suspirat ad deum suum Eratq̄z languor fortissimus. adeo vt macrescerem ⁊ marcescerem totus: displicebat q̄cquid agebam. quicquid videbā in seculo. Et aio ego ad animam meā Certe anima mea adhuc rudis es in amore nec satis erudita. ꝓpterea forte non venit ad te dilectus tuus Vis introeamus scholam aliquaz que doceat nos moduz quo amandus est amicus tuus de⁹ noster. Nā quod sine modo ē ꝓlacere quomō pōt? Q̄ si ad res alias viliores ars addit̄ ⁊ proficit. quanto minus rei huic diuinissime et qua sola optime viuit̄ existimandū est artem nō deesse? Annuit ipsa. Venit ergo nō tam gressu corporis q̄ studio sedule inuestigatōnis ad scholas varias interrogaui de qualibz Nunquid nō ars amoris doceret̄ in ea: Rñsum accepi a singulis voce ꝯfusa et rauca. Docemus amorem Sed in veritate comperi dum pergerem vltra querere. ꝙ non erat amor ille. vt est amor dei nostri. amor castus quem querebat anima mea. In schola vna docebant̄ homies amare. in illa voluptatem. in alia mundanam aliquam vanitatem. Quinetiā schola illa que videbat̄ hōestius instituta schola litteratoria. schola scientiaꝝ variarū referebat ad cognitionem omnia. nihil ad amorem. Docebantur illic sedulo adolescētes ⁊ senes. cū iunioribus de rebus querere disputare. libros euoluere. verū a falso acute secernere. In his tot⁹ mergebat̄ intellectus. sed affectus procul erat. procul sine affectione ꝓcul valde. et exul in terra deserta inuia et inaq̄sa. In terra salsuginis a malicia habitantium passionum in ea. In loco horroris et vaste solitudinis. extra terminos conuersationis illius de qua dictū est Nostra ꝯuersatio in celis Ilico retorsi pedē ego Bernardus ab his scholis et aggrauata ē valde aia mea studijs earum. eo ꝙ ita affectum suum vel deprauabant. vl̄ intolerabili prorsus vanitate aridissimū relinquebant. et dehinc ex imo pectore altum trahens suspiriū. Filij inquit hominū vsq̄q̄ graui corde vt quid sine affectione de affectib⁹ iudicatis. vt q̄d loquimini sedule de dilectione sed non idiomate dilectionis duz caretis dilectōne illa pro qua si dederit homo omnez substantiam suam q̄i pro nihilo despiciet eam. quanquā vbi docet̄ illa. Docet̄ dico non lingua propria affectuū vbi reperitur Quis eius mihi scholam ostendet? Fulcite queso me floribus, castoruz eloquiorū vos quicunq̄z potestis. et potestis soli qui amatis. Stipate

me malis ordinate charitatis quia amore langueo. Sic lamentabatur anima mea. sic languebat turgida amore querens scholam quo ꝯueni entius eam in arte bene amandi et amorem ꝯseruandi pariendi et agē di reddēt institutā. Dū e celo into nuit dn̄s voce grandi ad aures su/ as introrsus vt religionis scholaꝫ peterem⁹ Credo q̄a magis ad inflā mationem affectus q̄ꝫ eruditionem solam intellectus religio statuta est si recte manet instituta. in qua rur/ sus ab initō collocatur securius fer uor amoris nouitius. q̄ꝫ in solitudi/ ne ne tenera adhuc anima offendat in illud maledictū. ve soli quia cum ceciderit nō habet subleuātē. Para ui ꝯfestim animū gerebam circit̄ vi/ cesimūscd̄ꝫ annū. Anno dn̄i. Mc. xij Et a constitutione domus Cistercij xvi. dum cum socijs amplius trigin ta religionis schole me subdidi. Sꝫ q̄li religioni et quo fine? Religioni inopi austere regulari non quales heu multas intueor corruptioēs q̄ꝫ seculū. Corruptiores in comesatōi/ bus in lasciuia moꝝ in effreni cuius libet discipline regularis abiectiōe. vbi fere nihil de religione preter no men fictitiū aut preter vestem et ne/ scio que forsan cautica nihil deuo/ tionis plurimū tedij et vexationis habencia. Porro finis meus solus fuit amor dei vt in me genit⁹ a gra/ tia dei cito nasceret̄. et natus fieret viuax fortis et feruidus omnia po tenter exuperans suauis q̄ꝫ et sapi/ ens. Nam religionem profitens si quicq̄ꝫ aliud intendit aut cibuꝫ glo riaꝫ vel opes quas sibi negabat se culum quidni successus turpes ha/ beant ea que tam fedo initiata sunt principio. Seo ad me redeo Mox vt religionis scholam introgressus sum suscepit me in p̄mis vt mos ha bet locus nouitiorum in quo cōuer satus aliq̄ꝫdiu gradū ꝓficientium ascendi. Nemo enim repente fit sum mus tandem promouente deo de virtute in virtutem ad perfectōnes assumptus sum. Primo velut ani/ malis. Secundo vt rationalis Ter tio vt spiritualis. s̄m tres stat⁹ stu/ dentis ad amorem dei quos trans scripsi per epistolam ad fratres de monte dei. Conformiter etiam ad tres diuini amoris gradus. quos notauit libellus meus de diligēdo deum editus Primus locus ē scho la discipline et contritionis. Alter schola sanctimonie et meditationis Tertius est schola solitudinis inti/ me et contemplationis. In primo verus amorosus languet amore. de hinc moritur amore. demum tertio viuit amore. Quoniam parturitio amoris fit cum dolore languido hoc est in rixa passionum. Dehinc post eius parturitione mortificatis passionibus. moritur vetus homo. sicut in parturitione Beniamin Ra chel. Tertio tandem amor natus adolescit et crescit et ex illo anima viuit cum apostolo dicente Viuo ego iam non ego viuit vero in me xp̄s. In p̄mo bellū In scd̄o inducie In tertio pax. Nihilomin⁹ dū vita mortalis agit̄ in amore hec omnia permixtim insūt. bellū. inducie. pax

rursus bellū. rursus inducie. pax vi/
cissim. Nam confusa sūt hec omnia
spes metus meroz. gaudiuz. vix ho
ra vel dimidia fit in celo silentiū? In
hunc modū sub alia metaphora ex
ardescit et crescit ignis diuini amo
ris. Torret primo vehementer cuz
multo fumo carnaliū desideriozꝫ. q
flāma non nisi rara raptim emicat.
dehinc flāma rapacioz exurgit con
soluta fumo fantāsmatum. licet ad
postremum velut in carbone suo ni
tet. tranquillus ardet depurat' ab
omni fumositate tum passionū. tuz
phantasmatū. Hoc ꝯo ferreū q trā
quillum dilectionis incēdium. priuſ
qz attingeret anima mea. priusqz a/
morem conceptum enixa eēt. quib'
nō ego languoribus extenuatus sū
quib' non veratus dolorib'? Quo
tiens ego ad sanctos sanctasqz ho
mines. quotiens ad patres et frres
meos simul in christo degētes que/
rulis vocibus planxi Fulcite me flo
ribus sanctaꝫ orationū vestrarum
stipate me malis exemplorū vestro
rū quia amore langueo? Cognitus
est nimiū mos ei'. imo more vetera
no vult hec infelixq suadet. q̄d dico
suadet? vi agit vt prostituat decorē
suum. hec virguncula mea. hec ado
lescentula aia mea. Attrahit vide/
licet corruptores sordidissimos im
probissimosqz predones animarū
incautarū. Nunquid non ocul' pre
do nequaz qui deprædatus erat a/
nimā Hieremie? Tactus preterea q
gustus et lingua et aures heu qz vi
olenti sunt seductores. Ꝑ ꝓhēdit
quilibet pallium anime mee q sbdo
le blandiens Dormi inquit mecum
Reclamat anima mea ore syndere/
sis in quo non inuentus dolus. sed
nec inuēiri potest. Reluctatur mani
bus conscientie Deorsuz vos excla
mat abite hinc in malaz horam ve
stram fallacissimi deceptoēs. Nesci
tis forte qualis ego suz. Ego ne ta
lis me ipam sub vestra libidine pro
stituendam turpiter exponaz? Ego
ne ludibriū vobis ero risusq oppro
briū? Non ē ita consiliū. alias queri
te si quas inueneritis q̄ vestris cre
dāt malesuasis blādicijs Ego vos
respuo despicio et conspuo. phy de
vob' Ita anima mea ad illecebras
carnis. Ego autez Bernardus ad
me ipsum frequentius istud inculca
baz. Bernarde ad quid venisti? Ad
quid venisti Bernarde? Nimiruz tu
venisti ad amoris casti scholam in
qua docearis amare deum ex toto
corde ex tota anima et ex tota for/
titudine. Nihil ergo tibi cuz carne.
rixas ei' perfer viriliter. Subiebit tā/
dem. etsi nūc grauiē molesta sit atz
cū oblectamēto obsequē tibi Ez
quid? Non tantūmō timores intus
et rixe ẕ foris pugne. Notū est q̄n
ta mesimpudentia bis mulieres infe
lices nudū aggresse sūt. quas vt cla
mauī latrōes. q socios excitaui. Al
tera vice vetulam hanc carnē meā
qz ex visu muliēcule stimulabat me
acrius solito. ego ōmersi collo ten'
in aquā algidaz vsqz dū. misere ad
mortē obtorpuit. Talib' aculeis in
sui parturitiōe exagitat' amor me'
sepius in flebiles erupit eiulatus va
gitusqz. Et ego multū flēs q amo/

rem meum quasi lachrymis iā bal
neans loquor cum aplo O infelix
ego homo quis me libēabit de cor
pore mortis huius. gratia dei ꝑ Je
sum christū dñm nostrum Scio eni
ꝙ aliter continens esse non possuz
nisi deus det. dat aūt exercentibus
se et querentibus. propterea Fulci/
te me floribus orationū vestrarum
o sancti sancte ꝙ omnes. stipate me
malis spiritualiū charismatū quia
amore langueo. Talis fuit stat⁹ me
us in schola ɔtritionis. qua in re et
si nihil modo patior in gloria. com
patior tamē tibi o q̄squis es gene/
rosus adolescens bone indolis. q̄s
q̄s egregio et casto artē bene amā/
di nouitius adhuc addiscis Didici
ex his que passus sum pugnā tuam
sed fortiter age precor. Precor hāc
veterem sordidā carnez tuā animo
sus euince Ego me ip̄m tibi prebeo
in exemplū victorie spem ꝙ corone
Tu me sequere. tu exꝑto crede. cre/
dis hec lucta. pacatissimum afferet
nisi victus fede sucūbas. Alioquin
iugi miseria torqueberis acerrimo
ꝙ pruritu etiā in senio duz a male/
suauibus damnabilibus ꝙ titillati
onibus ab illecebris fouere sanare
ꝙ te putabis. Ueꝝ super om̄ia te
moneo preclare adolescens et repe
tēs iteꝝ. iteꝝꝙ monebo. caue tibi a
consortio neq̄ adolescentū vel vi/
roꝝ euiratoꝝ sciens qm̄ corrūpūt
bonos mores confabulatōnes pes
sime. quanto magis attrectationes
oꝑationes ꝙ. O mores. o scelera.
imo o mortes. o scelera sceleratissi
ma qm̄ societas illa formidāda est

de ɔtagione pessima quā naturali
federe ac institutione mutuo dece/
bat esse castam atꝙ securam agen
te hec corruptela bestiali eorū q̄s
omnipotens nature deus si non re
sipiscant male perdet. iuste quidem
quia et ipsi qñꝙ nephādissime per
dunt quos seruare instituēꝙ debu/
erant sic fidei sue traditos velut an
gelice puritatis iuuenculos. Uerū
tu adolescēs inclite has pestes mō
strificas non minus effugito q̄ fa/
me tue q̄ castitatis tue. imo q̄ vite
tue certissimos hostes Q si vim pa
rauerint obnitere reclama palā elo
quere palā ostēdito veternosā hāc
beluam ignibus ꝑsequendā. clama
mecum. latrones latrones. Deniꝙ
in omni tua afflictione dū amorem
castum et diuinum parturis. ocium
ꝓcul absit. Ocia si ꝛc. Sit quoꝙ re/
fugium ad lectiones. ad ieiunium.
ad orationes. Nō enim vincit hoc
demoniū nisi in ieiunio et oratione
Dic in hac parturitiōe tua dic deo
et omnibus eius ex intimis precor/
dijs anime tue Fulcite me floribus
castimonie. stipate me malis purita
tis sancte quia amore langueo. Ta
li languore torquebar. tali pompa
rumpebar pariendo amorez dei iā
conceptum. Quidni igitur languo/
rem hunc feruidum mors si aliqua
sequeretur. Qualis mors? mors
alterutrius ex hoc amore duplici.
mors amoris. aut carnalis aut spi
ritualis. Sed dicamus melius ꝙ
carnalem spiritualis amor strauit
calcauit. exanimauit. De quo vere
dictum est Fortis vt mors dile/

ctio. Perpendo quomodo enecata
est in me dilectio et delectatio quel
bet corporalis qñ ad cibum ibam
sicut ad tormentũ. quãdo sagimine
concreto incaute opposito vsus diu
sum pro butyro. Quando subinde
ad ipsa luxurie blandimẽta ego vt
sola recordatione concutiebar hor
rore abominans ea tanquã saniem
putrem fetidamq; Emortua igitur
veterana carne mea felici morte. q̃
vitã nõ abstulit ꝗ mutauit. quatin⁹
renouaret sicut aq̃le iuuent⁹. Amo/
rem dei prudem conceptuz enixa est
anima mea obstetricãte penitentia
cũ suis sodalibus Successit in scda
schola meditatio sedula famulatr
que nato amori lactantis ac g ule
fũgeret officio Est itaq; meditatio
fortis vehemẽs atz pseuerãs men
tis attentio ad aliq̃d inuestigandũ
Nonne fortis ac vehemẽs attentio
que potest mel sugere de petra. ole
um qz d̃ saxo durissimo ad amoris
sui nutrimentum. imo ad raptũ fa/
cit Est autez raptus vehemens oc
cupatio virtutis superioris cuz to
tali cessatione virtutuz inferiorum
aut saltim cũ debilitatione notabi
li. In hac meditatione iuxta alterũ
typum exardescit ignis diuini amo
ris ꝓpheta dicente In meditatione
mea exardescit ignis. Hoc fit vali
do fletu assidue desideratõnis strin
gente vniente virtutẽ totã ignis h⁹
q̃tin⁹ ex materia iã preparata et q̃i
deficcata ab humore grosso carna
litatis flãma purior erumpat emi
cet. Hec meditatio nõne mihi satis
ab adolescẽtia familiaris extitit, qñ
frequẽter ea que corporeos sensus
circumstabant me compellebat vel
ignorare vel prorsus negligere Te/
studo et fenestra celle nouiciorũ et
lacus lausane et cella m ti mei
alia multa fidem hinc faciũt quoꝝ
mihi consideratio nulla erat. Hinc
mihi solitudo placẽs. hinc int quer
cus fagos magistros doctores
meos gratior et crebrior illa uer
satio mea. illic ea omnia que fomen
tũ prestant amori diuino colligebã
sugebam dirigebam aut tam colle/
cta reuomens ruminabaz. quorum
odorem postmodũ dedi scriptisq;
reliqui. pſertim sup cantica et in me
ditationib⁹. Ego quippe mecũ ipse
et ad deum nunc hoc nunc illo mõ
meditans fabulabar. Quis ego sũ
domine? Quis O rex vniuerse crea
ture vt digneris te amari a me?
Quid dico digneris. cũ tu ipe tribi
liter iubeas vt amem te. q minaris
eternas miserias si nõ amauero te?
Te quem amare fructus sũmus ẽ.
sũma nobilitas suauitas incompre
hensibilis est. iocundissimaq; dulce/
do. Jubeas vt diligam te. Diligã
te igitur dñe fortitudo mea. diligã
nõ ꝗ amore meo egeas. ꝗ quia id
ipsum vis et iubes. fiat qd̃ vis. fiat
qd̃ mãdas. exurge dñe in precepto
qd̃ mandasti. diligat te dcqd̃ in me
est tota virtus mea. totũ cor meuz
tota aia mea desideret te ipsuz qui
totus es desiderabilis. amem te to
tũ. cui me totũ nec semel debeo. Nã
debeo qz nihil eram q fecisti me. de
beo quia perieram q reformasti me
millesies mortẽ meruerant peccata

mea. ꝫ debeo millesies et ampli⁹. qꝛ
mia tua magna est sup̄ me. et eruisti
millesies aiam ex inferno inferiori.
etiā anima mea tepida et euomi di/
gna. aia arida nimis in amore dei
tui. anima ingrata bñficijs eius. Ap
pello te. responde mihi si quispiam
amore tuo sic arderet vt omnia lar
giretur tibi gratis nonne diligeres
eum? Quid si vltra omnia sua dona
ret et se ip̄m. nec solum donaret sed
insuper pro te redimendo a morte
mortem ip̄e durissimā vltro ꝑferret
non adeo obduruisti vt posses talē
sic amantem redamare. Atuero de/
us tuus ille talis est qui non pusilla
aliqua bona sed hoc celū hāc terrā
hoc mare et omnia que in eis sūt ti
bi contulit. sed et ꝓprio filio suo nō
pepercit inquit apostolus suus sed
ꝓ nobis omnibus tradidit illum.
quanto magis non omnia etiā no/
bis cum ip̄o donauit? At responde
bit fortassis tua vel ingratitudo vl̄
auaritia. non mihi soli inquies ista
donata sunt. ꝓpterea non sūt amo/
ris erga me singularis indiciū. Fal
leris anima mea. sciueris quia tibi
multo copiosius beneficium colla/
tum est. Itaq̄ finge tibi vnice hoc
celum et hanc terraꝫ datas esse. de
um insuper ꝓ te sola redimēda car
nem et mortem suscepisse. nunq̄d so
litariū hoc munus grande malles
esse q̄ cum multis? Nunquid homi
nū omniū parentū et affiniū. nūq̄d
etiā angeloꝝ consortio velles non
gaudere? Nunquid eligeres mune/
rū tuoꝝ nullos esse participes? Nō
ita sapis anima mea vt hoc sapias
Cur ergo non diligis diligentez te
et talem et taliter diligentē. q̄ ama/
ri se et iubet auctoritate ⁊ rogat ca
ritate. aduersitate cogit. allicit ꝓspe
ritate? Cui vox illa cōgruit si ad pu
rū reducatur. dies noctes q̄ me a/
mes ne desieris. me somnies. me ex/
pectes. de me cogites. me speres. d̄
me oblectes. mecum tota sis. meus
fac sis postremo animus quando
ego tuus Talia oliꝫ plura mecū me
ditabar vt columba. Nunc ad vos
mihi exhortationis sermo est qui in
ter ꝓficientes computādi estis. ad
vos quos edomita iaꝫ carne quā/
tum satis est ad meditandū conue/
nit satagere. Totis conatuum ner/
uis ad amorem dei nutriendum au/
gendum ꝓficiendum q̄. Non vos
abducat oro vel ignauia et vecor/
dia vel amor solius illustrādi intel/
lectus q̄ neglectus sit affectus quē
sicut maxime respicit virtus et meri
tum ita precipue colēdus est. Atve
ro dicetis. nos certe ad studendum
positi sumus. nos ad scripturas. in/
telligendum. hec est nostra vacatio
Hoc nec ego nec reprobo fratres.
nihilominus testimoniū perhibebo
vobis quale positum est in epistola
mea ad fr̄es de mōte dei q̄ scriptu/
ras sacras null⁹ vnq̄ plene intelli/
gec qui non affectus scribētiū indu
erit Et quales affectus? virtutum
quaꝝ regina et mater ip̄e est. De/
niq̄ ꝑm mensuraꝫ dilectionis conse
quitur magnitudo reuelationis di/
uinorum preceptorum. Nolo mihi

credideritis nisi hoc insinuet deus ipse dilectionis. dum apostolos dixit amicos. q̃a omnia quecunq; audiui inquit a patre meo nota feci vobis. Nimiꝝ a natura ꝯpatũ est ꝙ secreta nostra occultam⁹ hostibus amicis reuelam⁹. Super inimicos meos prudentẽ me fecisti inq̃t ille cui incerta et occulta sapientie sue deus manifestauerat. Causam subdit meditationẽ et amorez diuinoꝝ preceptoꝝ. Quis p̃terea negauerit q̃n amare sit quoddaz sentire q̃a amor insup quedã spiritualis existat ꝑceptio? Sentire vero cognoscere est nõ minus q̃ꝫ videre. Et sepe tãto ampli⁹ et certi⁹ q̃nto tactus et gustus ab obiectis suis perceptiori ac iocundiori actualitate mouẽtur. Nonne mellis dulcedo et ignis caliditas et odoꝝ suauitas melius gustu tactu et olfactu q̃ꝫ visu dinoscunt̃. nõ aliter anima suũ. nõ aliter Dicetis preterea fortassis amorez vos h̃re dei quantuz sufficit ad preceptũ. vellem etiã nos habere. quãtũ sufficit ad ꝓfectũ et ꝑfectũ quoniã in via dei nõ ꝓgredi regredi est et magna plane iam imꝑfectio est. et ꝓpriũ serui pigri nolle niti esse perfectuz. Ceteꝝ cauete obsecro dum mens remanet arida a pinguedine spiritus. dum suauitate diuini amoris destituta languescit. ne tandem ip̃a redeat ad ꝯsolatiunculas quasdam fedas et carnales indignas se. Ueꝝ quippe est animã absq; cõsolatione diu stare nõ posse. ꝙ si desit ꝯsolatio spũalis qua gustata desipit omnis caro et quam solus prestat amor dei. quis facile nõ agnoscat q̃ꝫ paruo lapsu et lubrico delectatio carnalis obrepere timẽda ẽ? Quis nõ extimescat illam apostoli exprobrationẽ. Cum spũ ceperitis carne ꝯsũmamini. Profecto absq; amore dei feruido. nũquid tuto venient solicite et misere hui⁹ obliuio vite quoniaz male vincit̃ delectatõ carnalis delectatione similiter carnali. sed aliter potius. Sol⁹ amor dei clauus est qui clauũ amoris impuri debet retundere. Non aliter anima suũ gustũ habet suũ tactum olfactũ insup ex amoẽ Rurs⁹ si beatitudo hec debet̃ mundis corde ꝙ ip̃i deũ videbũt. et hec mũdicia nullo pacto meli⁹ nunq̃ꝫ synceri⁹ et efficacius fit q̃ꝫ ꝑ succensionis amoro se depuratiuaz actionẽ vt maiorem amorem amplior ꝯsequat̃ ꝯgnitio necesse est. Porro vbi amor ibi oculus. vbi vero oculus ibi intentio. ⁊ vbi intenderis ingeniũ valet. quae ad vehementiorẽ amorẽ valentior effulgebit cognitio. Deinde virtus vnita fortior est se ip̃a dispsa. Erit ergo virtus cognoscitiua quãto in se collectior tanto fortior. Nihil ãt plus q̃ꝫ amor vnitionẽ hanc opat̃ Plura sunt in hac sentẽtia. nam q̃s nesciat ex hac calefactione forti ignem lucentẽ erumpe? Ita ex amore cognitio generat̃ Dicetis p̃terea ꝛc̃ Et o fratres si vel tenuiter et in raptu quodam gustare donaretur et videre q̃ꝫ suauis est domin⁹. si fas esset exclamare ex affectu probato et experte sentiẽdo cũ ꝓꝓ h̃a Quẽadmodũ q̃dã ex vob̃ p̃nt. q̃ꝫ mag̃ mul/

titudo dulcedinis tue domine. quā abscōdisti timentib⁹ te. Tederet affirmo ariditatis istius in affectu cū eruditione quantalibꝫ intellect⁹. puderet animā tā diu languisse. eā fuisse sicut terram sine aqua deo. sine aqua sapientie hoc est sapide saporose scientie. Puderet postremo primā nonduꝫ litterā alphabeti h⁹ scientie affectualis didicisse Itaqꝫ liberet exclamare cum vno ex magnis scrutatoribus sed non absqꝫ affectione Sero te amaui pulcritudo taꝫ antiqua ⁊ noua Sero te amaui O si liberaliori dono vehementiori qꝫ exercitio datū esset amorem vr̄m extendere ad illū quem tertio loco nominauim⁹ amoris graduꝫ ad amorē extat. cū. et qui ad sup̄mentales rapit excessus. ꝓfecto iam vos cū regina saba nō haberetis vltra spiritū pre magnitudine vel deuotionis vel exultationis vel ammirationis. Nā amor dū ꝑ ꝯtēplatōnis obsequiuꝫ in tertia schola hucusqꝫ tremēti robur accep̄it. assumit iūgit ⁊ vnit animā tanqꝫ sponsā deo suo sponso vt sint iam nō duo sed vn⁹ spūs. Et iam veri⁹ est anima in deo quē amat qꝫ i corp̄e q̄d animat Nā ibi verius cōseruat̄. Ita anima que prius appellabat̄ turtur et colūba ꝓ gemitu et meditatione. que vocatur amica et filia ꝓ subarratione ⁊ adoptione iaꝫ dicitur sponsa introducta in cubiculū regis ad fruēdū cupitis amplexib⁹. Illic ip̄a cōcipit et fit verbigena. gignit itaqꝫ verbū obumbrante sibi virtute altissimi et in virginali vtero sup̄ioris portiuncule mentis sue q̄ nominat̄ vel scintilla seu apex ratōis vel ip̄a synderesis cui⁹ integritas violari nec in dem omib⁹ potuit adeo iugiter virgo ꝑseuerat. Perget aliquis querē quid est verbū gigni ab aia. Accipite sicut olim respondi ꝙ sola hoc docet exp̄ientia nō doctrina. vnctō nō lectio. Vis hoc manna absconditū quale est agnoscere? Gusta et vide. primū gustare post vidē Ego igit̄ vos om̄es in amore āmonitos velim vt ad hunc graduꝫ nitamini ambulantes de schola ꝯtritōnis et penitentie. in schola meditatōnis ꝯ sanctimonie. et tandē in scholā solitudinis intime flagitantes crebro deū et sanctos sanctasqꝫ om̄es per verba anime hoc amore vulnerate Fulcite me floribus. stipate me malis. quia amore lāgueo Hec tanta dicta sunt reuerendi patres et viri doctissimi de amore bono faciente cuitatem in nobis. et hoc sub persona amorosi nostri deuoti Bernardi tum ad cōmonitionem nostram tum ad sui preconium Debebat subinde pars altera xp̄ianitatē introducere de suo languore lugentē quem furor filiorum non taꝫ amancium qꝫ amentium seu dementiū suscitauit adauget qꝫ. Vereor tamen ne post verba et gustum suauissimi amoris. vos tam insuauis materie conturbaret acerbitas. Querulis quippe verbis quid op⁹ est. vbi tantus factorum strepitus tantus fragor audit̄ ꝯclamante christianitate tota q̄a amore langueo? Amore quidem seuo et peruerso in mēbris

suis. cuius amoris ad precedentez tanta est quanta esse potest dispari litas. Primus vnit diuisos. iste ɔiũ ctissimos diligit. Primus nõ querit q̃ sua sũt. Iste etiam aliena diripit. vtrũq; ɔcomitat ɔtrio ⁊ meditatio Sed contritio et infelicitas hoc est infelix contritio in vijs istius medi/ tatio quoq; iniquitatis i cubili suo. que astare facit omni vie nõ bone et maliciam non odire Ac perinde nõ in ɔtemplationem cadit hec me ditatio ꝫ tota in confusione versat horrendo scismate qđ christianita tem lacerauit Amor iste ad se ipsuz qm̃ homines se ipsos amãtes vt si ne federe sint ɔmune ẽ. qui quoniaz ad se ipsũ ɔtrahit se vel alios quõ dilataret? Unde preterea ire contẽ tiones rixe. animositates contume lie. vnde cõsuetudines babylonice? noli querẽ causam alterã p̃ter amo rem sui. Sed accendit. dñantib⁹ ãt passionibus quid mali deesse/ quid adesse boni sp̃abit? Adde ꝙ amor sui qr meditari nescit legem dei. sed vel numi vel cereris et bacchi et ve neris. nullus ad hec mala pellenda patet exitus. ɔuoluant fere omnia tenebris. multi quoq;. qr nec ꝓpriã nec alioꝝ vocez intelligunt in h̃ ne gocio turbido. et ceco luctuosissimi scismatis tumultuant iniurijs agũt hostes a domesticis nõ secernũt ⁊ quod deuenire solet pugnantibus in tenebris. Cuius rei prebet argu/ mẽtis epistola quedã grandis nu/ per edita que tota probris. tota ɔ/ tumelijs scatet tota viciosissimo ꝓr sus confutationis genere ɔfundit

Nunc igit inter hec negocioꝝ pon dera inter amoris hui⁹ vincula. spe res amori dei speres contemplatõ/ ni locuz esse. Speres ꝙ recogitent cũ deuoto Bernardo illi qui tales st dies antiquos ⁊ annos eternos in mentem habeant. Propterea de solata ẽ ois terra. quia nemo est q̃ recogitet corde. Postremo heu ma lorũ omniũ cumulus iam malorum seminaria iacta sunt. Et hinc veren dum est ne seges infelicissima here sum radicitus pullulet et ineuuisibi liter occupet agros ecclesie. vt ip̃a iure nunc obsecret Fulcite me flori bus sacrorũ eloquioꝝ non deflora torũ. Stipate me malis solidaꝝ or ordinatarũq; assertionũ. qr amore langueo. Et ne quesiueritis q̃d lan guet Caput languet. pect⁹ languet ventrem languet. quid partes enu mero A planta pedis vsq; ad ver/ ticem vix est in eo sanitas. Et q̃q̃ pessima sint que patit. deteriora tñ nisi misereat ex alto spõsus ⁊ ama/ tor suus expauesco Ueꝝ omittam⁹ talia. forsan digitus dei est h̃. et ne/ cesse est vt veniant scandala. Pro/ pterea saluberrimũ est ɔsiliũ vt sal uet vnusquisq; aiaz suã. Et vt pau lisper ad priora redeam⁹. amor dei ille q̃ nos saluaẽ potest. qui nos in omnib⁹ ɔsolari p̃t Beat⁹ Bern̄ rei hui⁹ manifestũ est argumentũ. qui antecedens amore hoc vallat⁹ int̃ media scismata securus incessit. Sz ꝓfecto rara est nunc talis auis in terris. pauci admodũ qui amorem istum dei ad tale robur ꝑduxerunt Consideranti autem mihi in ea qui

per accidens et velut ab extrinseco iuuerint sanctum nostrũ ad amorẽ istũ capescendũ Reperio illa esse q̃tuor inter cetera que sũt matris deuotio. apta complexio. debita educatio et solitudinis affectio Matrez scimus ex legenda erga liberos suos miro religionis affectu fuisse deditam. Et pro peccato matris restituit filio bonũ. Eccl. ij. quanto amplius ꝓ merito! Et hic sumo doctrinam moralem ꝙ predicatores ad populũ maxime debent ammonere matres vt liberos suos a puero ꝑ se nutriant et instituant ad religionis amorem et cultũ qm̃ temporib⁹ nostris prohdolor horribilis est defectus in regimine infantiũ et pueroꝝ. Nam quasi cũ ipo lacte bibũt saniem omniũ peccatoꝝ ꝟbis et exemplis Et rectores scholarũ debẽt similiter eis esse ꝓ matribus exemplo apostoli p̃ma ad Tessa. secũdo Debet esse maxima solicitudo apd̃ eos vt sui pueri bonis morib⁹ adornent Q. si nõ curãt (qd̃ om̃e flagitiũ superat) si eos deprauãt ipsi tot mortibus digni sunt quot eorũ scholares moribus depereunt Secundũ iuuamen fuit apta cõplexio. nã et delicata erat et suauitate quadam mollis et pia Ex primo habuit ꝙ esset meditatiuus ac perinde ꝓpter minorem immersionẽ anime in corpus ad rapt⁹ et extases apta Ex secundo habuit faciliorẽ deuotionem et ꝯpunctionez sicut ecõtra de corde duro dicit ꝙ male ꝛc. ꝙ diabolicam obstinationem imitatur. Ex ista radice dicit sexus femine⁹ deuotus. Tertiũ debita educatio a matre dehinc in religiouis austeritate. Constat em̃ ꝙ abstinẽtia et sobrietas preparant animã ad spiritualia facilius contemplanda exẽplo trium pueroꝝ. Quartum iuuamen fuit solitudinis affectio. Itaqꝫ credi nõ potest quantũ nocent confabulationes inter homines dum etiam nociue non putant. Hinc dictum est ꝙ amici sunt fures temporis. Primũ aũt argumentum mẽtis composite est posse in vno loco ꝯsistere et secum morari. vt Bernard⁹ et ante eum Seneca docuerũt. Deniqꝫ dici põt omnia ista quattuor iuuisse de ꝑ accidens Bernardũ vt propheta et miraculoꝝ esset operator. inter que ego p̃cipua illa deputo que egit in conuersione illoꝝ qui etiã ꝯuerti toto nisu fugiebãt. Sz hora finẽ flagitat. ⁊ nos flagitem⁹ vt finem beatum obtinẽ sic languẽdo hic per amorem diuinũ possim⁹ ꝙ in futuro secura tranquillitate in illo collocemur prestante dño nr̃o Jesu christo

Sermo factus parisius

per doctorem eximiũ Magistrũ Johannem garson in die sancti Ludowici Francorum Regis.

Considerate lilia agri quõ crescunt Matth. vi Lu. xij. ⁊ in euãgelio hodierno. Ad irrigandũ lilia candida piorũ ⁊ castorũ studiorũ in agro mẽtis nostre quatinus det incrementũ christ⁹ cõuertam⁹ aciem nostre consideratio